



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXV. De Conflictu in Nattangia ubi LIV. fratres cum multis Christianis
fuerunt occisi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Conradus Landgr. Thuring. V. Mag. Gen. Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.

ti ergò Prutheni cum magno exercitu, præmiserunt multos armigeros, qui currus & quadrigas ducentes victualia & arma custodirent, quos præmissos invaserunt fratres in prælio & omnes occiderunt, currus & quadrigas ad castrum suum deducentes. Quo percepto, Prutheni indignati ad propria redierunt. Sed Svantepolcus cum exercitu suo venit ad castrum Santirium, ibique castra metatus est, & præmisit multos milites & armigeros, qui utrum castrum Christburg obfessum esset diligentius explorarent, quos milites invaserunt & fratres de Christburg, & occisis pluribus ex eis, alii fugientes cum clamore valido venerunt ad exercitum Domini sui Svantepolci. De quo idem exercitus Pomeranorum tantum territus fuit, quod omnes terga verterunt. Quo viso, fratres sequebantur eos, & quosdam occiderunt, aliquos ceperunt, sed Dux cum paucis navigio vix evasit. Sicque Svantepolcus devictus, quia tota virtus exercitus sui fuit enervata, à modo conquevit.

CAP. LXV.

De

Conflictu in Nattangia ubi L IV. fratres cum multis Christianis fuerunt occisi.

POstquam maledictionis iste filius Svantepolcus opposuit se fratribus, & Neophytes terræ Pruschiæ ad Apostasiam fideli incitasset, non patebat via secura nec per terram nec per aquas ad partes inferiores, nec è converso, Anno Domini MCCXLIX.
mortuo Landgratio, Wilhelmus Comes Hollandie
electus fuit in Regem Romanorum.

X 3

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Gen. Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.*

fit, qui fratres de Elbingo & Balga sibi as- manorum; sed post media-
sumpserunt, & armatâ manu intrantes ter- cum tempus est à Frisoni-
ram (a) Nattangiæ per incendium & rapi- bus interfecit & sic ute-
nam vastaverunt, factaque magnâ strage qdā carnis corona impe-
hominum dum recedere vellent, invenerunt omnes vias per
hostes occupatas, & potenter exercitum prohibentes, sic quod
coacti fratres retrocesserunt ad villam quæ dicitur Crucke,
quod videntes Prutheni obsederunt eos. Itaque nec isti aude-
bant intrare ad eos, nec illi ad istos exire ad pugnam, tandem
crescente turbâ Pruthenorum coacti sunt fratres subire hæc pa-
cta. Dederunt enim fratrem Henricum dictum Botel Mar-
schalcum & tres alios fratres in obsides sicut Prutheni petebant,
ut alii capti salvi tamen in corpore permanerent. Hæc pacta
solum illi DEO delicto fratri Johanni Vice-Commandatori de
Balga displicuerunt, qui consuluit bonâ fide, ut fratres confisi in
Domino intrepidè exirent ad pugnam. Prävalente ergo con-
silio aliorum & datis obsidibus, ut dictum est, Prutheni rupto
fœdere irruerunt in illos, & LIV. fratres & omnes alios occide-
runt. Anno Dn. M.CCLIX. Post hanc cædem quidam vir de
Nattangia caput fratris Johannis Vice-Commandatoris prædi-
cti fixit in lanceam & elevans in altum ait: Si tuo sano consilio
acquievissent fratres tui, occisi utique non fuissent. Inter istos
quidam frater Martyrium fuit passus, Prutheni ligaverunt
eum vivum per manus ad arborem & excisum umbilicum ven-
trissui, cui adhaerebat viscus, affixerunt arbori, quo facto pla-
gis multis compulerunt eum ut circuiret arborem quousque
omnia viscera ipsius arbori adhaeserunt, & sic in confessione
veræ fidei reddens DEO Spiritum expiravit. Volve & revolve
omnia scripta Martyrologii, ubi non occurret tibi tale genus
Martyrii? Nec Tarquinius superbus primus inventor omnium
tor-

CHRONICI PRUSSIÆ.

167

Conradus Langr. Thuring. I. Mag. Gen. Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.

tormentorum genus hujusmodi invenit. (b) Ecce quomodo conclusit Dominus in gladio populum suum, effuderunt enim gentes sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu terræ, & non erat qui sepiliret, sed carnes eorum terræ bestiis reliquerunt. Usque quo Domine irasceris, in finem miserere nostri Domine, miserere nostri ut ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est, introeat in conspectu tuo. Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, & propter gloriam nominis tui propitius esto nobis, ne forte dicant gentes, ubi est Deus eorum.

ANIMADVERSIONES.

(a) Waisselius refert hoc ad An. 1249. diem S. Andreæ sacrum.

(b) Adduntur hic qvædam in codice Regiomontano ; Sed qvoniā nullum habent sensum, desuntqve in Codice Elbingensi, meritò & hic omittuntur.

C A P. LXVI.

De,

Peregrinis & Pace reddit a terræ
Prusciae.

Hæc plaga magna DEI facta in fratribus & populo, & ad au-
res Principum Almaniæ pervenit & commovit eos ad
compassionem. Unde factum. An. MCCL. Henricus Rex Dacie
est, quod ipse Christus, qui percu- à fratre suo juniore Abel occidi-
tit, & sanat, tetigit gratia sui Spir- tur, ut pro eo regnaret, sed justo
Dei iudicio ne pro malitia com- modum reportaret, secundo anno
tus quorundam Principum cor- eft à Frisonibus occisus. Hoc fa-
da, videlicet Marchionis de Bran- deburg, qui An. Dn. MCCLI. & etum prædixit Regi S. Wences-
Episcopi de Mersburg, & Comitis laus Dux Bohemorum, qui antè

Hen-

CCC.